

IN CONSTITUTIONEM CAP. XVIII.

97

nomine potissimum veniunt Pontifex, & Cardinales, cum Consultoribus, & Qualificatoribus, qui censuras, calumniarum nomine à Quesnello appellatas, *Observationibus Moralibus* infixere. Unde manifestum est quād altè infixa animo ejus sit contumacia; ut prodigio simile foret, si sententiam Quesnelli prius, quād pellem Aethiops mutaret. Ulusne Jansenista annorum sexaginta spatio vi-
sus, vel auditus est, errorem retractatione publicā abdicasse? Quid igitur sanioris men-
tis prudenter expectes ab obstinatissimo fa-
ctionis Principe, cui præcipue gloriae loco
pertinacia est? Quæ Bullam *UNICENITUS*
consecuta sunt, schismatica Quesnelli contra
eam *Protestatio*, excitatum ab eo totâ Galliâ
incendium, inclinata apud multos in interi-
tum fides, in pluribus extincta charitas, so-
lutum unitatis vinculum membrorum cum
Capite, aut solis finē sensu vocibus retentum
(excusso Christianæ obedientiae jugo) versa
in contemptum publicum, quæ hactenus ab
hypocritis simulabatur reverentia, satis per-
spicue demonstrant, qualis in Quesnello fue-
rit ad retractationem dispositio.

Atque hanc absque divinatione, aut temeritate prædicere quivis facile potuit, vel ex hoc, quo pridem gloriatus est Janseniano
axiomate, seu prætenso privilegio Schismati-
cis atque hæreticis proprio, quod in *epistola Abbatis ad quemdam Romanæ Curia Prælatum*
pag. 18. sic exprimit: *habemus nos hoc singulare
præ ceteris, quo nobis bene est, quodque semper
tenebimus, quod simus in possessione eamdem semper
prosequendi semitam, quidquid prohibeant
Romani Censores, & quodcumque Decretum ab
hoc tribunali emanaverit.* Tam aperto Roma-
næ authoritatis contemptui non adversatur
præsens simulata promissio; non enim retrac-
tationem addicit, si eam Pontifex imperave-
rit, sed si *qua propositio sit, aut manifeste er-
ronea, aut ad errorem tendere posse videatur,*
Judicio scilicet Quesnelli, quod nullus ei
Pontifex unquam persuaserit. Neque tum
retractatio promittitur certa; sed vel retrac-
tatio, vel explicatio, quæ talis futura est,
qualem in obfirmato, & dolosissimo Janseni-
starum Principe hactenus experitus Ecclesia.

De Genuino *Observationum Moralium*
sensu ad centum, & unum Articulos pertinen-
te, nullus Theologis dubitandi locus superest:
Theologis, inquam, candorem, veritatem, &
pacem, non tricas, non dissidia, non rebellio-
nem amantibus. Quisquis in hodiernis con-
troversiis non planè ruditus est, singulorum
damnatorum dogmatum sensu facilè perspi-
cit, & cum his sensus libri, in quo, ut sco-
pa dissolutæ, Articuli ferè omnes nullis anne-
dit. *Confit. Theol. propugn. Tom. I.*

Et tunc circumstantiis, è quibus plus aliquid
lucis hauriri valeat, quād in ipsis splendeat
propositionibus. Earum sensum non incon-
gruè expressere quadraginta Gallicani Præ-
fules, qui Parisios, à Rege vocati convenie-
rant, ut de Constitutionis acceptatione uni-
formi conferrent consilia, & explicationibus
planis, ac perspicuis dissiparent tenebras,
quas Constitutioni clarissimæ affundere ten-
tabant, more suo, iniquitatis filii.

Quesnelli quoque liber phrasι commo-
dā ad usum communem omnium virorum, ac
mulierum conscriptus, non studio, sed solā
passim lectione opus habet, ut intelligatur,
etiam sine duce, sine interprete, modò lin-
guæ Gallicæ non penitus imperitus sis. Et
quidem quam Propositionibus lucem Ques-
nelli artulisset? Nempe pro luce tenebras;
ut in *Explicatione Apologetica* ad dignoscen-
dum suum de gratia sensum, remittit nos ad
quinque Lalani, sive Girardi Atticulos, stu-
dio ad ambiguitatem, & fraudem compositos,
qui proinde ad ipsum, aliosque ei similes à
Jansenismi suspicione purgandos, minimè suf-
ficiunt. De mente Quesnelli intimis fortè pe-
ctoris occultata recessibus, non judicat Ec-
clesia, neque nobis laborandum est. Si ex
Quesnelli scriptis hactenus editis, mens ejus
non satis patesceret, frustrà requiretur no-
va ab eo declaratio, quæ semper eidem re-
strictionibus foret obnoxia. Præsumitur sci-
licet quivis, nisi de simulatione confiterit,
sentire quod scribit, adeoque propositioni-
bus Quesnelli seditiosis, impiis, blasphemis,
hæreticis (quamdiu illas contra judicium Ec-
clesiæ mordicus retinet) seditiosus, impius,
blasphemus, hæreticus animus respondere.

Minatur denique, nisi propositionum
sensum ipse designaverit, enascituram rur-
sum facti quæstionem de genuino libri sensu;
quasi is innotescere Ecclesia nequeat, nisi fa-
cem novam præferente Quesnello.

Quid autem si tergiversari, & eludere
ipsi iterum lubeat Apostolicam Sedem, nihil
absque erroris periculo definire Ecclesia un-
quam poterit de propositionum, & volumi-
nis, unde excerptæ sunt, sensu obvio? Quem
sensum in mente gesserit, nulli æquè, ac Au-
thori potest esse perspectum; at sensus ob-
vius libri, & propositionum cuivis Theolo-
go, idiomatis Gallici non imperito tam po-
test certò patescere, ut nullum in eo discer-
nendo subsit erroris periculum: à quo nisi
supremos Ecclesiæ judices exemptos esse
Deus voluerit, quomodo necessitati fide-
lium satis censembitur prospexit? Si enim,
ut contendunt adversarii, Ecclesia errare pos-
sit in judicando quis effati alicujus, vel scri-
pti